

AD FUTURAM REI MEMORIAM. Aliis fel. rec. Innocentio P. L. XII. Predecessori nostro pro parte cl. mem. Caroli II. cum vixit, Hispaniarum Regis Catholici experitis, quod dudum rec. mem. Innocentio P. L. XII. Predecessori nostro Hospitali Innocentium monet Civitatis, Ispalen de alienis, subventionis auxilio providere volens dicto Hospitali unam pensionem annuam Mille, et quingentorum Ducatorum monetæ Hispanicæ super fructibus, redditibus, et proventus, Almona Archiepiscopatus Ispalen, quæ de dotatione ipsius Caroli Regis ex privilegio Apostolice, cui non inveniebatur eatenus in aliquo derogatum esse dignoscatur, ad Decennium tunc proximum ducaturam sub eisdem modo, et forma tunc expressis reservaverat, constituerat, et assignaverat, et aliis prout in eisdem Innocentio XII. Predecessoris litteris desuper sub Clemente expeditis uberior dicitur contineri, et in eadem Expositione subtenetur, quod Decennij, ad quod pensio prædicta, sicut præmittitur, reservata fuerat, finis immineret, nec tamen eadem pro parte quæ reservatio pensionis huiusmodi facta fuerat, adhuc cessaverat, cupiebatque propterea idem Carolus Rex eandem pensionem ad aliud Decennium prorogari, quemadmodum tunc existeret Archiepiscopus Ispalen suum ad id consentium jam præstiterat, idem Innocentio XII. Predecessori supplicationibus ipsius Caroli Regis nomine sibi super hoc humiliter provocatis inclinatis, et attento consensu prærogationi huiusmodi à supradicto Archiepiscopo præstito, reservationem, constitutionem, et assignationem supradictæ pensionis annuæ Mille, et quingentorum Ducatorum monetæ Hispanicæ huiusmodi super fructibus, redditibus, et proventus, supradictis à s. ipso Innocentio XII. Predecessore factis, ut prout ad aliud Decennium ab ultima die præcedentis Decennij computari sub eisdem modo, et forma tunc expressis, auctoritate Apostolica prorogavit, extendit, et ampliat, et subinde rec. mem. Clemente XII. Predecessore quoque nostro reservationem, constitutionem, et assignationem eiuusmodi pensionis annuæ Mille, et quingentorum Ducatorum monetæ Hispanicæ super eisdem fructibus, redditibus, et proventus à dicto Innocentio XII. factis, et ad alios decem annos ab Innocentio XII. prorogatas, extendit, et ampliat, et respective ut prout, et ad alios decem annos duntaxat, pro qualitate vice, ac postmodum pie mem. Benedicto P. L. XIII. Predecessori in idem nostro eandem prærogationem, reservationem, constitutionem, et assignationem præ pensionis prout subinde Clemente P. L. XII. Predecessore etiam nostro ad aliud Decennium, et fel. rec. Benedicto P. L. XIV. Predecessore in idem nostro et ad alios decem annos duntaxat, simili auctoritate sub eisdem modo, et forma tunc expressis respective prorogavit, extendit, et ampliat, et aliis prout in utriusque Innocentio, Clemente XII, Benedicto XIII, Clemente XII, et Benedicto XIV. Predecessorum nostrorum litteris desuper in simili forma breviter expressis, quatuor tenores prædictis pro expressis haberi volumus uberior continetur. Cum autem, sicut Charissimus in Christo Filius noster Carolus eundem Hispaniarum Rex Catholicus nobis super exponere ultimis decem anni ab eodem Benedicto XIV. Predecessore ut prout prærogationem expressam, seu breviter effluxerit, indigentia vero dicti Hospitalis pro curandis Infirmis adhuc de præsentibus pendere, ac præinde idem Carolus Rex dictam pensionem ad aliud nobis beneficium tempore prærogari plurimum desideret, iamque Ven. Fratrem nostrum Archiepiscopum Ispalen suum ad id consentium præstiterit, nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignemur. Nos igitur ipsius Caroli Regis desiderio hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, ac dilectorum filiorum modernorum Hospitalis huiusmodi Administratorum singularem personam à quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiæ sententiis, censuris, et penis à Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa laicis, si quibus quomodolibet innotata existunt, ad effectum penitus tantum consequendum hanc servare absolventes, et absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinatis, de Ven. vabilium Fratrum nostrorum S. R. Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Concilio Tridentini Interpretum, ad quos supplicem libellum nobis provocatum remisimus, consilio, attentes ejusdem modernum Archiepiscopi Ispalen consentium jam præstito, reservationem, constitutionem, et assignationem supradictæ pensionis annuæ Mille, et quingentorum Ducatorum monetæ Hispanicæ super fructibus, redditibus, et proventus dictæ Almonæ Archiepiscopatus Ispalen Hospitali prædictis, et pro eo illius Administratoris prædictis ad decem annos ab Innocentio XII. factis, et ad alios decem annos ab Innocentio XII, et à Clemente XII, et à Benedicto XIII, et à Clemente XII, et à Benedicto XIV. et respective ut prout, et ampliat, et respective ut prout, ad quatuordecim annos à fine ultimi diei Decennij à Benedicto XIV. ultimo loco, sicut præmittitur, prorogatis computari, servata in omnibus, et pro omnia supradictarum Predecessorum nostrorum litterarum forma, et dispositione auctoritate prædicta tenore prædicti in idem prorogamus, extendimus, et ampliamus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium Decernentes eandem præsentibus litteris semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suisque plenariis, et integris effectibus servari, et obtinere, ac Hospitali et illius Administratoribus prædictis in omnibus, et pro omnia plenissime suffragari, si que in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, et Delegates, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores Judicari, et definiti debere, ac irritum, et inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, que in dictorum Predecessorum nostrorum litteris expressis concessa sunt, non obstantibus ceterisque contrariis, quibuscumque. Datum Rome apud Sanctam Mariam Majoram sub annulo Piscatoris die XXII. Decembris MDCCLXVI. Pontificatus Nostri Anno Noni.

M. P. Ansellus

Nulla et s. Clem. 13.
Su. Data en 23 de Dic.
de 1766. en que por el
abop. p. 14 d. q. suplican
dize tal dia de 1780. la p. 1.
anual de 1800. de los
suos y otros de este Año
de 1766.